

05  
A  
1747



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-616146-p0002-7

DFG

ΠΕΝΤΑΣ  
**Quæftionum Po-**  
liticarum,

*Quam*  
Numinis supremi gratiâ  
clementer annuente,

Sub

*Præfatio & moderamine*

**M. MICHAELIS SCHNEIDERI,**  
MORALIUM PROFESSORIS  
PUBLICI,

*In illustri Academia Wittenbergensi  
Pro parte virili publicè conabitur  
propugnare,*

**H E N R I C U S G E E R N /**

Lüneburga-Saxo,

Ad d. 13. Februarii

*In Auditorio Majori.*

---

VVITTEBERGÆ,  
Typis JOBI WILHELMI FINCELII,  
ANNO M DC XXXIX.



272

ЗАТИЕП

Aus der  
Schloßbibliothek zu Oels  
1885



05 Апреля 1947

1946.



בג'ה

## QUÆSTIO I.

*An Juvenis sit idoneus auditor  
Philosophia moralis?*

I.



*Iivilis sapientiae alumnus*

*oportet τοῖς ἔθεσιν ἡχθαυ καλῶς, id est,*  
*more & consuetudine recte ductum esse*

*lib. i. Eth. c.*

*Aristotele, illō Peripateticorum prin-*

*cipe monente, ut, quoties ipse rerum moralium disci-  
men non satis novit, aliorum consiliis & præceptis pa-  
tulas aures substringat. Hinc sequitur suā sponte, Juve-*

*nem non esse oīnēor, hoc est, idoneum auditorem Practi-  
cæ Philosophiæ. Quippe τοῖς πάθεσιν ακολυθητικὸς ὁν,*

*ματαιῶς ἀκόστηται οὐδὲν φελῶς, afflictibus obnoxius va-*

*lib. i. Eth. c. 3.*

*nam & inutilem operam sumet in audiendo. Enim verò*

*sicut acris humor oculis infestus est, eorumq; aciem ge-  
mellam hebetat ac affligit: sic tot perturbationum ne-  
bulæ quasi atq; vapores, qui in fervido adolescentum*

*cerebro exsurgunt, usum rationis impediunt, interci-  
piuntq; quæ ipsissimus mentis huminæ oculus est, rex*

*vitæ civilis & gubernator supremus. Ob hanc causam lib. i. Stromat.*

*dixit olim divinus Plato, si Clementi Alexandrino fidem*

*nostram gratificamur, ἀρετὴν & φιλομετρίαν εἴναι,*

*virtutem non teneri amore Juvenum. Et Homerus: Αὶ οὐρανοίς. Η.*

*γάρ τε νεώτεροι ἀφεγένεται, semper Juveniores despiciunt.*

*Similiter Euripides: Μῶν νεάζων σχέργης, ἀχρήστην ὄραν. in Phœnissis.*

*Num Juvenis existens non vides quæ oportet te videre?*

II. *Venusinus cum primis Poëta pulchris versibus In arte Poeti-  
describit, quām lubricō vestigiō in vitiorum gurgitem ca.  
propendeat inconsulta, indomitæq; indolis juventus:*

A 2

Imber-

*Imberbis juvenis tandem custode remotus,  
Gaudet equis, canibusq; & aprici gramine campis  
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,  
Utilium tardus provisor, prodigus æris,  
Sublimis cupidusq; & amata relinquere pernix.*

Nempè sicut ignis admotum lignum, si viride sit, lento gradu in jus suum trahit: sic animis illorum, qui vix ex ephebis excesserunt, non facile hærent sapientiæ veræ scintillæ, præsertim si affectibus ipsorum alii lenocinentur. Quō nomine Galli sententiâ proverbiali dicunt: *Si jeunesse sçauoit, & viellesse pouuoit, jamais pauureté n' auroit, Wann die Jugend weise/und das Alter kräftig were/so hörete man kein klagen über armuth.*

III. Est & alia causa, quæ adolescentem monentibus difficultem facit, nimirum quia à pueris ubi tñr κα-

*lib. 1. Eth. c. 3. τὰ τὸν βίον περιέχειν, imperitus est earum actionum, in quibus civilis vita ac societas consistit. Occupatur enim*

*lib. 2. Eth. c. 2. virtuosus in singularibus, de quibus non secundum præcepta, sed secundum occasionem judicandum est. Quod præstare vix aliis potest, quam qui longo rerum usu, nec non multis exemplis corroboratâ experientiâ prudentiam sibi comparavit, quæ in Juvenibus rara avis est, nigroq; simillima cygno.*

IV. At pulverem nobis objiciunt hic nonnulli, scilicet qui in ipso Sole maculas vident, & libidine reprehendendi accensi, quavis occasione in Aristotelis famam irruunt atq; existimationem. Nempè tantum abesse, ut ob vehementiam hanc affectuum minusq; sibi constantem vivendi rationem à Gymnasio Philosophiæ moralis arcendi veniant juniores, ut hoc potius nomine in illud non tam invitandi sint alliciendive, quam compellendi prorsus. Sicut ægrotos ideò nemo sanæ mentis Medicis permittendos esse negat, quod cum vehementibus paroxysmis ac morbis conflicantur. Quin potius illos nunquam plures Aesculapio Gallos mactare, quam

quām cum pessimē habent. Sed salva res est. Intem-  
pestivē philosophantur, & intelligendo faciunt, ut nihil  
intelligant hi Aristarchi. Non hæc Aristoteli mens fuit,  
quam ex locis parallelis, integroq; contextū eliciuisse  
juvat. Quemadmodum Goclenius ipse, qui idem du-  
i Exercitat. Ethic.  
bium, quanquam modestius paullò, movet, dissiteri mi- tis q. 5. p. 246. ed.  
nimē potest. Enimverò non à Platone parcias quām ab Mair purg. 1614.  
Aristotele dictum est, in puerorum institutione pluri-  
mūm esse laborandum, & principem hanc curam sa-  
pientibus Rectoribus Rerūpubl. incumbere, ut cives  
mature honestis moribus imbuantur, inq; laudatis  
actionibus vitæ instituantur probè. Id certè ex multis  
locis Philosophi nostri ad oculum patet. Verùm ista  
omnia cum ejus mente non pugnant. Siquidem hic, ut  
fides suis popularibus demonstrationibus præstetur, au-  
ditorem peritum requirit, qualem certe juvenem esse ne-  
mo dicit, qui novit, quid sit publicarum rerum consci-  
entiam habere. Non abigit ergo tenellam ætatem à pul-  
cherrima mentis cultura, morumq; compositorum  
disciplina, sed νεοφύτος, ut imperitos judices certitudi- conf. l. 6. Eth. c. 9.  
nis hujusce disciplinæ in scenam producit. Qvæ seni. In comment. in A-  
tentia est Simonis Simonii Lucensis, Doct. Med. & Philo- rist. ed. in 4. 1567.  
sophi acuti. Nec abs illa abludie Franco Burgersdicius, p. 45,  
Professor quondam in Academia Leydensi. in idea Pbilof. mo-  
ralis ed. 2. 1629.

V. Accedit quod Stagirita noster velut per corre- Leyda p. 7.  
ctionem subjicit, ne videatur omnes imberbes ab his Conf. Balfoureum  
sacris excludere, juvenem quemque non κατὰ τὴν ἡλίου Scotum in Eth. A-  
νίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ θόρυβον, non tām ex aetate, quām ex inge- rist. p. 32. 33. edit.  
nione moribusq; judicandum esse. Quia non tām annorum Burdigalæ 1620.  
periodō, quām à cupiditatum turbine hic defectus pro- Piccolomin. grad.  
ficiscitur. Etenim ille oculum mentis crassâ caligine, p. 404. Magistrum  
quasi nube quadam objectâ flagellat ac impedit, quò in b. l. Aristot. P.  
minus bonum & honestum aspicere possit. In quem 25. 26. Meisner. in

A 3 sensum prolegom. 2. Philos.  
Pract. q. 9 Hor-

neum sub initium doctrinæ civilis, Avenarium dodec. 1. q. 9. Pr. p. 8. Hunnium disp. 1. Eth.  
m. 6. p. 19. Peitmann: disp. 1. Eth. th. 27. q. 9. p. 11. VValaum in Compendio Ethicæ Ari-  
stotelicæ p. 4. Prater: theat. Eth. 4. 7. § alios.

sensum non inconvenienter Philo ille Plautinus in Tri-  
p. Act. 2. scena 2. numno ait : Non etate, verum ingenio adipiscitur sa-  
pientia. Quare si senex aliquis excusso ab axe rai-  
nis auriga se rapido affectuum suorum torrenti permit-  
tit, iisq; habenas fœdè indulget, non erit idoneus hujus  
disciplinæ mysta. Pollent quidem hâc prærogativa  
ætate prolectiores, ut cæteris sapientiores habeantur.

Schindl. in voce Quô aspectu etiam *Ebreis Seniores* in aulis Regum,  
IP. p. 500. *Confiliarii*, in civitatibus *Senatores* vocantur. Sed recte  
† 67. 1. in libro *Abath* scriptum extat: † Non est senex, nisi qui

\* In libro pre-comparavit sapientiam. In quo simul בחרטם יפְרָא ב שְׁנִים IP contradistinguuntur. Adeò ut alibi\*

Drus. ad Num. & Drus. ad Num. p. 460. nemo pro sene agnoscatur, nisi qui sapientia cæteros

(a) lib. 3. longè antecellat. Audianus *Ambrosium* (a) de Acholio  
Epist. 21. ita verba facientem: Verè senectus illa venerabilis est,  
que non canis, sed meritis albescit. Ea enim est reverenda  
canities, que est canities animæ, in canis cogitationibus ac  
operibus affulgens, que est enim vera ætas senectutis nisi vi-  
ta immaculata, que non diebus aut mensibus, sed seculis  
propagatur, cuius sine fine est diuturnitas, sine debilitate  
longævitatis. Nec insulsè Bernhardus, multos videmus  
inquit, juniorum super senes intendere, moribus dies, an-  
tiquorum tempora prævenire meritis, & quod deest ætati,  
virtute compensare. Cicero etiam, non cani ait, non ru-  
ge repente autoritatem afferre possunt, sed honestè acta su-  
perior ætas fructus capit autoritatis extremos. Sed &  
Menander:

Πολεῖαι, γένους μήνυσις, οἱ Φρεγγήσεως,  
Canis indicum sunt temporis, haud sapientiae,  
οἱ χρόνοι τεχνες ποιῶσιν αἱ λόγκαι Φρεγγεῖν  
Albi capilli non creant prudentiam.

Quare, ut concludamus tandem,  
Canescant alii mento, nos mente, capillo,  
Nos animo, facie, nos pediore, tempora quippe  
Virtutis non prima negant, non ultima donant.

QUE-

Gid. Zehn.  
cent. 2. adag.  
p. 266.

anno 1550. v. 1550. v. 1550.



## QUÆSTIO II.

### Num Princeps sit solutus legibus?

I. Certi hinc nobis limites figendi sunt, velut in subtile ac fallaci campo, ne cespitemus aut labamur. Initio certum esto, Principem *lege naturæ*. Et rectæ rationis non solutum esse, quippe quam non didicimus, acceperimus, *legimus*, sed ex ipsa Natura arripiimus, hausimus, exp̄s̄imus; ad quam non dotti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. Est enim immutabile Dei decretum, cuius gratiam ipse summus legislator nemini facere potest, nendum sub delegatus ejus aut inferior vicarius & ad ministrator in terris. Quapropter pessimè Antonii *Cœnacallæ* noverca *Julia*, cùm privignus eam incestaturus diceret, velle se, si liceret, respondebat, licere, si liberet; an se imperatorem esse, Et leges non accipere, sed dare necire? ô bellua monstrosa! ô lupa triobolaris! Non dat Naturæ leges Imperator, sed accipit sanctitas ejusq; publicæ rei civis audit, cui præsidet ipse Deus; Deinde seqq; ex *Auctoritate* ea lege, quam Magistratus superior toti civitati fit, gust. l.3. congit, & eas quidem ob causas, quæ certò modò etiam ipsum attingere possunt, liber non est. Sicut contra reliquæ, quæ certos tantum concernunt ex civium numero, autoritatem ejus minimè in ordinem cogunt.

II. Porro distinguunt Doctores, *Scholastici* præser-  
tim, novorum terminorum conditores, inter vim legis *q. 96. art. 5. V. 4.*  
*ostenſivam, coaſtivam, & directivam*, seu, ut alii eam licen-  
tēt appellant, *regulativam*. Prima non obligat, sed *q. 5. Meißner.*  
docet saltem & velut in objecto speculo, quid factio sit *l. 4. de Legibus*  
opus, repræsentat, sicuti leges à Philosophis præscriptæ *s. 1. q. 10. Gerbi.*  
saltem indigitant modum honestè vivendi. Secunda, *de Magistris*  
autem locum non habet, nisi ubi quis invitus legi cogi-  
tur patere. Quod à Majestatis axiomatibus alienum  
est quam maxime. Ultima vero eam restringit ad honestatē.

statis



statis præscriptum. Etsi enim princeps, lege, quam fert ipse, non obligatur ad pœnā civilem, eò quod solâ ipsius autoritate pœna, in lege constituta, à delinquentibus repetatur; tenetur tamen eâ illo usq;, ut quia legem illam aliis condit, ipse etiam ad ejus instar mores suos componat, nisi limites legis Naturalis transilire velit. Quam vivendi rationem non una ratio ipsi impo- nit. Enim verò quod oneris humeris suis imponi non vult, eò neq; alterum jure gravare potest, qui sit eâdem secum conditione, quoad rem, de qua agitur. Quid enim notius est illô? *Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris.* Tùm autem turpe admodum est, si pars & præsertim caput non congruat cum *xoto corpore* Reip. in iis, quæ omnibus partibus communia esse debent, & ad sa- lute faciunt compositi totius.

III. Adde ad ultimum, Principem, si ipse insuper habeat, quod aliis injungit in communi negotio, non tam serio præcipere quod bonum est, quam præciperet,  
*I. 5. Ethic. c. 6. t. 71.* si ipse præstaret idem, adeoq; hactenus opus Domini facere negligentè. Qvare & Aristoteles inquit: *Non simus hominem dominari, sed rationem.* Et alii sa- pientes, licet legibus solutissimus, inquiunt, attamen legi-  
*in Ligurino suo lib. 8.* bus vivimus. Eò sanè respicit Guntherus ita de Fide-  
rico I. canens:

*Nam nihil, ut verum fatear, magis esse decorum,*  
*Aut regale puto, quam legis jure solutum,*  
*Sponte tamen legi sese supponere Regem.*

*Tom. 2. oper. p. 31. f. 077.* Et plura de hac quæstione qui legere desiderat, remit-  
*lib. I. c. 27. p. 47.* tendus est ad Harprechtum, nec non Donellum enuclea-  
tum Hilligeri, qui ad varios autores lectorem alegendant,  
quos inter eminent Bodinus, P. Gregorius, Danaus, Mu-  
retus, Corasius, Cujacius, Vultejus, Facbinus, Vasquetz,  
Dominicus à Soto, Sebastianus Foxius, Gregor. Lopetz &  
alii, quos adhuc non legimus omnes. Qui non intem-  
pestivè huc referri posse existimamus verba Tileni Sed-  
nensis

densis Theologi, qvibus à rebellioſſe dicitur Rupella. Tilenus aux  
nos, qui postquam diu Regibus Galliae multas molestias Rochelois.  
creāſſent, tandem lamentabiles superbiæ poenas dede-  
runt, ut hodiè Galliam per grantibus videre licet. Sic  
autem ille in parænesi ista inter alia ſtylum dicit: Nul  
Roy n' est lié aux ordonances de ſes predeceſſeurs, non pas Hæc verba ex  
mesme aux ſiennes: autrement il n' en auroit pas la puis. antecedenti-  
ſance de les changer ou casser, ſelon l'anéſſité des temps, & bus intelligi  
autres occurrences; nymesmes de diſpenser de telle ou telle digent trans-  
loy celuy de ſes ſujets, que bon luy ſemble. Aux loix de Dieu, tatione Lat-  
& de nature il eſt obligé ſans contredit: toutesfois illuy nā.  
advint d' y contrevenir, il n' a autre juge que Dieu. Car  
toute puissance & jurisdiction, qui eſt en ſon Royaume, ne  
ſe peut deriver, que de luy. David Roy & Prophète nous  
apprend celiſte Theologie, lequel apres auoir gründement violé  
l'une & l'autre loy par ſes pechez dit Pſeaume 51. à toy ſeul  
j' ay forfait. Si eſt ce qu'il auoit fait grand tort à Vrie, mais  
il n' auoit autre juge que Dieu, pour l'en punir. Ainsi ſ'en-  
tend Saint Ambroſe.

IV. Coronam quæſtioni ſecundæ imponat elegans  
Jacobi Sanazarii epigramma, ad Fridericum regem Ne- lib. I. epigram.  
apol. ſcriptum, & ad hoc in ſtar conceptum:

Edicto nuper cum tu, rex magne caveres,  
Audaci ne quis stringeret armam manu,  
Depouiffe tuum vel primus diceris ensem,  
Et monſtrasse palam primus inerme latuſ.

Quid majus populis ve tuis, Friderice vel urbi

Accidere huic noſtre per tua dona potest?

Post domitos hostes, inter tot commoda pacis

Contigit exemplis vivere posſe tuis.

Publica nimirum res tunc ſibi conſtet & equum

Imperium, cum Rex quod jubet, ipſe facit.

QVÆ-

## QUÆSTIO TERTIA.

*An expeditat & profuturum sit Rebus publ. si Academie erigantur in locis munitis, exercituumq; transitionibus oportuni?*

I. Qui à negantium partibus consistunt, his ferè infinituntur rationum momentis. Primo ajunt periculum valde esse, si *exteris* quibusvis hominibus, quales in Academiis confluere solent, liberum in locis munitis hospitium permittatur. Nämq; sic arcana Reip. dete-

*Petrus Gre- gi & cum aliis communicata cedere in ejusdem perni- gor. lib. II. de ciem ac detrimentum. Deinde caussantur Marti cum Repub. c. 3. n. 6.*

*Apolline* malè convenire, bonasq; leges inter arma sile- re. Esse siquidem perpetuas similitates inter milites & studiosos, ac inter eos otium intercedere quasi fatale. Porro prætendunt loca ista munita in palustri planicie ut plurimum sita, ac valetudini civium, omniumq; adeo incolarum infesta nimis esse, non ob nebulas solum & spiritus venenatos ex confluentibus fossarum exhalan- tes, sed ob murorum ambitum etiam & minas, quibus aëris fatus intercipiatur, quo minus omnes urbis pla- teas salubriter perflare possit. Quām fœdū autem hoc

*lib. 4. Pohlt. cap. 13. §. 1. & rum, monstrat Jesuita Adamus a Contzen.*

*seqq. p. 218.*

II. Cæterū his rationib; non obstantibus alii pro affirmantium sententia hæc in medium addicunt: studia amant loca tutissima, in quæ non nisi è cœlo venientibus aut delapsis copiis aditus patescat. Sicut exemplum Archimedis testatur, qui dum sui securus, pul- veri Mathematico affixus esset, ab importuna hostium manu barbarè interfactus fuit. Tùm autem munitiones gaudent plerunq; æquabili planicie pratorū ac propter flumi-



fluminata tipas exstructæ sunt. Quā occasione fieri non potest, quin naturali quodam amoenitatis ac fertilitatis genio se omnibus, ac studiosis cumpromis commendent, eosq; ad deambulationes, Musis gratissimas allicant subinde ac invitent. Præterea, cūm omnes licentiā simus deteriores, in urbibus munitis rectius in officio continentur studiosi, ne vel intempestâ nocte bachsen, clamoribusq; extraordinariè importunis dormientes interpellent, vel per plateas hinc inde vagentur, se invicem quoque aut alios provocent, vigilum præsentia, evasionis dissidentia legumq; castrorum rigore absterriti. Porro non desunt in munitionibus multa singularia, & cognitu studiosis apprime necessaria; illis blicis illis sive potissimum, quibus sedet vel Reipubl. fasces aliquando moderari, vel ipsam quoq; sectari militiam. Nec destituiimur exemplis, iisq; evidenteribus. Nam ut de exteris Academiis nihil dicamus, multæ celeberrimæ Scholæ in Germania erectæ sunt in locis munitis, Viennensis in Austria, Ingolstadiensis in Bavaria, Argentineris in Alsatia, Gieffensis in Hassia, Erphurdenis in Thuringia, hæc Confer seculi nostra in Saxonia, Lugduneris in Batavis, Groningenis in Omlandia &c. Sed nec rationes in contrarium ad ductæ tanto rerum pondere nos urgunt, ut rejici nequeant aut repelli. Nam quod de exploratoribus peregrinis concione fune-objectum est, in studiosos non cadit, quia de ipsis optima quæq; sunt præsumenda. Et à quibusvis aliis sub aliâ longè specie talia tentantur, quæ in detrimentum munitæ civitatis cedunt. Deinde dissidium perpetuum à Bissing, à Martis & Apollinis quod attinet, valet id saltē de tempore belli, non pacis, quô utriusq; pulli & alumni bene habere possunt ac florere. Adde quod militibus prædiariis æquè ac studiosis tempore pacis certæ leges scribuntur, quarum metu & reverentiâ intra cancellos modestiæ & honestatis contineantur. Ultimum non semper locum habet, sed ex accidenti saltē, cūm non omnes

Demorum a-noralia in A-cademis, pu-tatum offici-ris, vide Hein-sen p 165. E seq. de Laude Afini.

nostri Chry-sostemū, Ex-cellentis, D.D.

Röberum in bri, habitas su-per obitū Nobilissimi Juve-nis Ludovici

1631. sub cal-cem fere, nec nō in alio ser-mone super o-bitū M. Der-bitii, globō per fortunam à milite occisi.

urbes in locis palustribus muniuntur. Et ut invertamus argumentum, fossarum aquæ, si modò vivæ sint, noxios potius humores, quò minus in aërem se insinuant, attractus. Nomi- hunt & ita impediunt infectionem. Videndus est noster co-polit. p. 112. quondam Avenarius ex Arumento & Therdoro, p. 206, 207, 208.

## QUÆSTIO IV.

### Quid de scriptis Machiavelli, Politici illius famosi sit habendum?

I. Maxima pars autorum, quos nobis quidem legere contigit, ipsum graviter hoc nomine incusant, quod in rebus politicis versatus satis superq; pietatis tamen fiducia saltem cultum, & perfundoriam Religionis curam Principibus Viris commendarit. Quanquam etiam est, ubi in Politicorum principia impingit, subditisq; noxia consistit dissent. Philius inculcat. Quia dñe juvabit unius vel alterius scriptor. de Prae- ris testimonium huc protalisse. Christophorus Besoldus ac cogn. Polit. th. 4. p. 75. P. I. licubii convellit impudens Machiavellistarum, novorum oper. Pol. que quos vocat, statiskarum dogma, qui dicunt: subditos Conf. dissent. simplicitè esse propter Magistratus; ac si non aliam ob causam mures conderet providentia divina, quam ut pin- 1. de educatio- nem. 3. p. 35. ubi citat Lene- gae facerent feles. Idem alibi eundem invocat Politicorum cium & Kirch- acutissimum. Gaspard Barlaer in dissertatione, de bono nerum. Principe Amsterodami habita ipsum appellat virum Boccalini. ingenii perspicacis, at honesti perversissimum estimatorem. ragguag. 84. Simul etiam tacitæ quorundam objectioni occurrentes. Dissert. de fœderum jure Non quid fiat à Principe; subjungit, sed quid fieri oporteat. 3b. 14. p. 43. quid fieri necessum sit, exponit. Non Historici, sed Doctoris P. 2. partibus fungitur. Licet subinde, ne non callide improbus videatur, sanas voces sceleratis permisceat. Et hoc est inter P. 4. P. 17. seculi hujus vitia non minimum, non solum cogitare, quâ ratione occulte peccari possit, verum etiam modos comminisci, quibus impie artificios suaderi possit, ut quemadmodum emoto vultu se commendant turpes mereticula, sanctimoniae quoq; larva placeat certissima animorum pestis ajeotus.

II. Gra-

II. Gravius invehitur in ipsum Casus, eumq; vocat  
Florentinorum monſtrum, quemadmodum etiam Jesuita Sphaera cibi  
Adamus à Contzen eum traducit ut Pseudo Politorum <sup>tat. p. 1.</sup>  
Patriarcham. Innocentio Gentileto seu autori Antī  
Machiavelli est summus aulicorum Pythagoras, nec non <sup>in prefat. p. 5.</sup>  
Tyranno didascalus. Mernix Eques & Baro Gallicus in <sup>nec non lib. 3.</sup>  
Resolutionibus suis politicis non semel eum notat atrō <sup>Comment. c. II.</sup>  
carbone. Thomas etiam Bozius duos libros ex pro- <sup>P. 393.</sup>  
fesso scripsit contrā Machiavellum. Imprimis vero  
noratu dignissimum est acutissimi Heinsii <sup>edit. Rom. 5193.</sup> judicium, in 4<sup>a</sup>  
quod de subtilitate hujus Secretarii tulit in elegantiſſi- <sup>p. 269. edit.</sup>  
ma oratione de sapientia civili, in qua postquam labo- <sup>Leyde. 1627.</sup>  
res politicos summi sapientiae Magistri Aristotelis de-  
bitis laudibus extulit, in hæc verba desinat: Scilicet  
Machiavellus aliquis, Adolescentes, scriba è thymelito re-  
coctus, acris vir ingenit, nularum tamen litemurum, paucis  
annis observare ea potuit aut scire, quæ non posset Aristoteles:  
cujus industriae ac institutioni princeps tantus filium  
committeret, quem ab omnibus arcanis regni ac consiliis  
annos octo, ut antiquinatant, esse voluit. — In his omnibus  
circumspectius doctore Hetrusco egisse (Aristotelem, <sup>oo</sup> Oि-  
σηατα πολιτικα Phillo & Alexandro clām instillan-  
tem) quis non videt? Et in homine tam uafro (talis enim  
merito ab omnibus habetur) ipsum hoc simplicitatis mera  
est, quod arcana regni, contra quam aut Aristoteles, aut  
Plato, sine ambage ulli, sine ullo velo divulgavit. Ned  
enim solus ista scrivit, Auditores, sed eliminavit primus. Et  
plerung̃ tam ingeniosus est ac solers, ut, quemadmodum  
Grammatici, poetis suis, quos interpretantur, multa, quæ  
in mentem illis non venerunt, sèpè attribuunt, ita hic Fa-  
bricius, si Diu placet, G. Camillis, aliisq; in Republ. Romana,  
magnis quidem illis, sed honestis tamen viris, artes quas ex-  
cogitavit ipse, ascribat: quasi ex Aebille Ulysses, aut ex  
Alexandro posst fieri post obitum Philippus. Tum quod  
maxime abominandum est, Justitia & Numinis contem-

tum proficitur. Quia profectò, ut omittam si que gravissime  
de eo dici possunt, mera est incititia. Omnes enim  
quos formavit, doctiores præceptore, tales esse malunt  
quam videri. Itaq; Et miser, ut illius populares annotarunt,  
Et contemptus ac propemodum famelicus extinctus est:  
uno par principibus, quos format, quod se pro Rep. devovit.  
Eò quipperem deduxit, ut qui cum maximè mirantur, sa-  
cis sint prudentes si non nimium commendent, nego, quic-  
quam magis quam prudentia judiciumq; professori ejus de-  
fuisse videatur. Quale in scriptis Aristotelis Et vita ni-  
bil observabis. Ibidem paullò post: Prudentiam  
non virginem, sed imminutam jam in aula corruptam,  
mango nobilissimus, floralibus produxit. De quo homi-  
ne, ut quod nunc in mentem venit, apud vos deponam, ita  
judicare soleo. Quemadmodum infæmina pulcherrima,  
in qua sive formam, sive mores, sive indolem videoas, ni-  
bil est non admiratione dignum, partes tamen quedam  
sunt pudendæ, quas velari, Et honestas, Et ratio Et con-  
suetudo postulat, propter quas fortasse à singulis spera-  
tur: ita in prudentia hac nostra, postquam ab honesto  
singulorum vitio in civitate, utilitas deduci cœpit, partes  
quædam in honestæ cœperunt esse, Et, si verum volumus fate-  
ri, etiam obscene, nego, minus tamen necessaria. Has di-  
vinus Plato leviter descripsit, Aristoteles produxit, ita ta-  
men ut velaret: novus autem iste, ueste in publico subla-  
tā, omnibus ostendit. Alii ergo, (quod in tali spectaculo  
hoc tempore expectandum est) qui improbitatem quan-  
quam profitentur, tamen cœlant, maximumcum voluptate  
oculos attollunt. Paullò verecundiores, mollent illi qui-  
dem, sed demittunt: alii cum voluptate, sed quam serio  
dissimulant, obnubunt, quidam verò limis, sicut amatores  
solent, quorum magnus sanè est numerus, ita positam aspi-  
ciunt ac intuentur Et c.

Tom. I. des  
lettres lib. 9.  
p. 539. Et c.

III. Pasquier, scriptor Gallus commatis haud po-  
stremi, ita in Politicum hunc Transalpinum calami sui  
acumen

acumen stringit: Machiavel & son livre de l' institution  
du Prince digne de feu. Et ce qui me rend encore plus  
courroucé contre ce grand Machiavel, c'est que jamais hom-  
me ne fust plus nourry en la lecture du Titre Livre que luy, p. 549.  
tēsmoins les trois livres de discours, qu'il fit sur la premie-  
re Décadē &c. Idem in sequentibus: L'exemple de Cesar  
Borgia, dont Machiavel fait estat entre les Princes, qui se  
sont voulus maintenir par meschanceté, condamne le mesme  
Machiavel. Item: Je souhaitterois, que tous ceux, p. 351.  
qui approchent les Princes, eussent ces miroirs (les exem-  
ples des bons Princes) devant eux, & non ce malheureux  
auteur (Machiavel) que je voy estre chery & honoré  
presq; de tous les courtisans, dont la condition est telle, que  
tout ainsi qu'ils sont nez pour estre esclaves; ainsi ne pro-  
jettent ils rien, que de rendre les autres Esclaves. Esti-  
mant, que c'est un grnd secret de nourrir leurs maistres  
en ces propositions extravagantes & miserables. Vous  
approuuez doncques l'autheur de l'AntiMachiavel (di-  
rez vous) Il y'a des extremitez en luy, comme en l'autre.  
En ce quil se conformera à la justice & au repos du bien  
public, je seray volontiers des siens. Mais si par proposi-  
tions erronées il veut exciter à murmure les sujets contre  
leur souuerain Magistrat, je le condamneray tout à fait: p. 548. demon-  
strat damnari  
Quæ ita Latinè verti possunt: Machiavellus ejusq; li- opinione Ma-  
ber de institutione Principis dignus est, qui igne cremetur chiavelli ex  
&c. Et quod miki magis bilem in nasum contra magnum ipsis libris Titi  
hunc virū movet, hoc est, quod vix ullus aliis tam familia- Libii, in quos  
rem sibi reddiderit Livium crebrā lectione quam ipse, sicut commentarios  
ejus commentarii in eundem scripti testari possunt. Rursus: scripsit  
Exemplum Cæsaris Borgiae, quod Principibus, per malitiam  
firnare imperia sua annisis, imitandum proponit, ipsum Ma-  
chiavellum condemnat. Optarim equidem omnes, qui Ma-  
gistratui àlatere sunt, bonorum Principum vitas, veluti spe-  
cula morum, objicere sibi, non verò infelicem hunc autorem,  
quem ab omnibus aulae affectis tantum non adorari video, ab  
illis.

illis scilicet, qui ut ad serviendum mancipiorum instar nati sunt, ita nihil aliud extollere vel preferre possunt, quam quod aliis similes pedicas injiciat atq; numellas. Rati, grande arcanum in eo situm esse, si Domini sui futilibus hisce & cōmiseratione dignissimis commentis se pascant quasi. Ergo, objicias mihi, autoris illius sententiae subscribes, qui Macchiavellum refutavit? Unus & alter modum excedit. In quantum nempe hic à justitia partibus stat, & boni publici curā tangitur, in tantum non ipsi libens adjungam. Sed si quibusdā veluti errorum stimulis subditos in superiores excitare querit, atro planè lapillo sententiam ejus notabo.

Discurs. 5. Po-  
dit. p. 153.

*tid. Lorinum* *stia non admittit.* Similiter eidem se opposuit *Jl Padre prolegom. in Antonio Possevino*, Giesuita dottissimo & ferece persecutore *Psalmos* *di Nicolò Machiauello*, ut *Ciro Spontone scriptor Italus de nel governo di stato p. 13.* & ipso testatur. Nec mitius de ipso judicat *Boterus* itidem *45.* *Italus.*

IV. Le Sieur de la Noue in eo occupatus, ut doceat, quām necessariū sit, juventutem Gallicam probè educari, inter alia hoc eruditè demonstrat, que la lecture des livres d' Amadis n' est moins pernicieuse aux jeunes gens, que celle des livres de Machiavel aux vieux, lectionem librorum Amadisi non minus exitialem esse animis juvenilibus & teneris, quām Machiavelli prosectoribus aetate. Porro Jesuita Petrus Ribadeneyra scripsit peculiarem librum contra Machiavellum, & ceteros Politicos hujus temporis, in quo principes Christianos ad studia pietatis omniūq; adeò virtutum prolixè adhortatur. Liber Italicè scriptus est hoc titulo insignis: *Trattato della Religionē & virtutis che deve hauer il principe Christiano per gouernare e conservare i suoi stati, cōtra quello, che Nicolò Machiavelli, dannato autore & i Politici (così indignamente chiamati) di questo tempo, empiamente insegnano, composto per il R. P. Pietro Ribadeneyra della compagnia di Gieus, e delle lingua Spagnuola nella Italiana tradotto per Scipione Metelli da Castelnuovo di Lumingrana in Brescia M D IC.* Hic in præfatione ad lectorē nonnulla de Machiavelli ingenio & indole perversa profert, quæ pagellarū nostrarū angustia non admittit. Similiter eidem se opposuit *Jl Padre*

V. Ex

V. Ex quibus & aliis quam plurimis, quæ h̄ic addi poterant, ad oculum liquere puto, frustra eos esse, qui *Machiavello* injuriam talibus judiciis fieri sibi persuasum habent. Quā occasione subit animum cujusdam *Nebilis* eruditissimè docti, amici nostri plur. honorandi, qui ante triennium cùm pro loco in Facultate Philosoph. disputarem, exercitii saltem gratiā, & ut muneris sui mensuram impleret, non verò ut viri impietati patrocinaretur, quam totō pectore detestabatur, verba pro *Machiavello* faciebat. *Scilicet ipsum* solum scripsisse quid fiat in aulis, non quid fieri deceat. Esse viros eruditione conspicuos, autoritateq; graves, qui eundem excusent. Autorem cum primis *Relationis ex Parnasso* aliter quam vulgus Politicorum, de tanto viro judicare. In quo tamen contrarium extare facile demonstrare possumus, quippè qui in peculiari capite narrat, *Machiavello* edit. Germ. *lum*, postquam *Parnassi* sacris exclusus, ab iisq; relegatus 1620, esset, in Bibliotheca cujusdam amici deprehensum, secundum antea de ipso latam sententiam vivum combustum fuisse. Aderat sub id tempus *Magister ingenii acris & vehementis*, qui, licet nunquam *Machiavellum*, ne dum alios rariotis Politiae autores legisset, audacter tamen & in os mihi finitā disputatione dicebat, *Machiavellum* præter omne suum meritum malè audire. Quod intempestivum judicium tūm quidem melius à me castigari vix poterat quam silentio modesto. Hoc enim ingenio sunt multi hodiè Disputatores, ut, si in quam sententiam incident forte fortuna, ad eandem veluti fatali tempestate delati mordicūs obhærescant. Quam mus sapiendi rationem omnes exactæ eruditionis candidati fastidiunt atque contemnunt.

L. C. S.

C. QUÆST.



## QUÆSTIO QUINTA

& ultima.

An pugnet cum veritate fidei historica à  
quadam Johanna Papissa Romæ

D. Petri sedem occupa-  
tam fuisse?

Hoc <sup>en</sup> <sup>q̄ntua</sup> licet historicum sit, impune tam non  
pinor, de eo agi potest in sapientia civili. Cæterum ele-  
gantius vix personati hujus Papæ imposturam depinge-  
<sup>er apologia</sup> mus, quam verbis Henrici Stephani, ita scribentis: Jo-  
pro Herodoto <sup>P 49.</sup> bannes Octavus Pontifex, non tantum Pseudopapa, verum  
etiam Pseudocarpus fuit, id est, subnudus virum mentitus  
est: donec vir illa (non ille) suo se tanquam forex indicio  
prodidit, & media in via repente enixa, fœminini non ma-  
sculini generis se gessisse papatum fateri coacta est. At ne  
in posterum alius quam masculinus gereretur, solerti patrum  
petasorum cura provisum est, qui neminem ad eum ad-  
mittendum censuerunt, nisi vir magnis testibus comprobatus  
esset. Quam tamen consuetudinem alii porori suâ etate  
cessisse, docet Pasquillus: qui ubi illam, & illius causam ver-  
sibus octo descripsit, ita suum epigramma claudit:

Cur igitur nostro mos hic jam tempore cessat?

Ante probet quod se quilibet esse marem,

hæc ille doctissimus Gallus. Pontificii omnem lapi-  
dem movent, ut hanc historiam confictam & suspectam  
esse simplicibus persuadeant. Sed contra solem min-  
gunt, & cum in meridie lucere negant. In consilium

(a) in T. 5. de Ecclesia s. 197. adhibendus est ex nostris B. Gerbiardus (a) Praceptor no-  
p. 999 & seq. ster quondam amantissimus, ex Calvinianis vero An-  
conf. analysin dreas Rivetus in responsione quam Cuffetello opposuit  
Dialecticam

Colloquij Ratisbonensis in sess. 3. p. 82. ed. Francof. 1603.

pro

pro historia Papatus Moraci, (b) ubi examinavit praeci- (b) T. I. sub fin.  
puas objectiones Onuphrii, Greseri, Cuffetelli & aliorum. conf. ejusdem  
Nos ne actum agere velle videamur, iis quæ prolata jam <sup>Jesuitam</sup> sa-  
sunt, omissis, unum vel alterum testimonium addemus. <sup>pulantem cap.</sup>  
Enimverò malum semper cū Cl. Schickardo, (c) felicis <sup>30. p. 560. E</sup> seq. ed. Leyd.  
memoriae viro, campos à vulgo derelictos arare, (modò <sup>1635.</sup>)  
spes ulla segetis appareat) quam agellum in suburbano, (c) in Tariche,  
ad quem è trivio colonus quisq; properat. <sup>p. 10.</sup>

I.I. Nicole Gilles (scriptor Gallus) en son vivant Imprimé à  
Secretaire Judiciaire du Roy & contrerolleur de son Paris in fol.  
thresor ita de scandalo hoc cum totius Ecclesiae infamia M.D.LXII.  
conjuncto exponit: Au Regne de Charles chauue Em. Horum verbo-  
pereur & Roy de France advint un grand scandale en l'egli- rum sensum  
se de Rome: car en Angleterre auoit une jeune fille de mer exhiber Plat-  
veilleuse beauté, & grand engin, de laquelle un jeun Escolier na editus 1.2-  
s' en amour, & en habit d'homme la mena jusques à Athè <sup>cine in 4 Co-</sup>  
<sup>lonie Agrippi-</sup>  
nes, ou il alla estudier. Ladicta fille estant avecq; le dict <sup>na 1611. p. 133.</sup> f. 67.  
Escolier, comprenoit toutes sciences, dont elle luy oyoit par- & Italiè in 8  
ler & lire. A la parfin ils s' en vindrent à Rome, ou icelle in Vinegia  
estant, comme dit est, en habit d'homme, tint positions & 1552. dedicato  
argumentations de diverses sciences à l'encontre de plusieurs tuoso & rebe-  
grands clercs: en quoy elle acquist moult grand bruit & rendo Signore,  
bonneur entre clercs: & tellement que vacant le siege Pa il Signor Gi-  
pal, par le deces de Leon, Pape IV. de ce nom ladicta fille rolam Fenar-  
(croyans les Cardinaux, que ce fust un homme) fut par eux solo f. 161.  
estenué concordement en Pape, & fut sacré <sup>in marg. Plat.</sup> nommée un moy.   
Jehan, & tint le siege deux ans cinq mois, & quatre jours.  
Cependant elle s' accointa d' un sien cubicalaire, qui l' en-  
grossa: mais Dieu, qui ne voulut longuement souffrir en tel  
opprobre en son Eglise, permit qu' en allant & chevauchant  
par la ville de Rome, elle enfanta publiquement en la rue, &  
illec mourut: & n' est point le dict Jehan, pour la detesta- <sup>haec seorsim</sup>  
tion de ce fait, & deformité du sexe mis au Catalogue des Pa- <sup>babet à Pla-</sup>  
pes: & est escript d' elle ce verset, dont tous les mots se com-  
mencent par P. qui fut fait & composé par un des Cardinaux  
de Rome: Papapater patrum, Papissa peperit partum.

III. Eadēm historia extat in alio libro Gallico, qui  
hunc titulum prae se fert: Les diverses leçons de Pierre  
Messie, Gentilhomme de Senile, contenant la lecture de  
uariables histoires, & autres choses memorables, mises  
à Paris 1559. en François par Claude Gruger Parisien. Méminimus  
Part. I. c. 9. eam præterea legisse in Chronico quodam Germanico,  
f. 25.

Norimbergæ multos annos ante Lutheri reformatio-  
nem typis conscripto, quod in Bibliotheca Nobilissimi  
Mornai, quæ Salmurii hodiè asservatur, videre est, no-  
bis monstratum ab humanissimo viro Dno Ludovico  
Capello, nostro in Gallia Fautore honorando. In eo non  
solum res narratur ad eundem ferè modum, quod à Platina  
literarum monumentis extat consignata, sed etiam  
effigies tantæ Deæ, tam stupendum partum enixa mani-  
busq; arctè complexæ, lectori repræsentatur. Porro Ste-  
phanus Paschasius hic animi vagus est & alternus, & velut  
super aristas incedit ac ova, ignarus, quod tutò pedem fi-  
gat. Hic epistolam scripsit ad Turnebum, Regis in Curia  
seu Parlamento Parisiensi Consiliarium, in qua fusè dis-  
serit de veritate hujus historiæ, præfatus eadem ex nu-  
mero illorum morborum esse, quos Médici, noli me tan-  
gere, vocant. Onuphrius primus omnium, inquit, antiquita-  
tem hujus historiae impugnavit, in annotationibus quibus-  
dam scriptis in Platinam. Post ipsum noster Petrus Masso-  
nius de Episcopis urbis, qui Röm. Ecclesiam rexerunt, rebus ga-  
gestis eorum, qui liber primo impressus fuit ann' 1586. Nico-  
laus Vignier in Tomo secundo bibliotheca suæ in utramq;  
partem propendet, nec quicquam certi asseverat. Quonomi-  
ne postea Florimundus Raymundus, Consiliarius in Curia  
Burdigalensi tm̄ctatum peculiarem vulgavit sub nomine  
Antipapisse. Sed licet hunc zelum Paschasius laudet, ma-  
vult tamen hic nihil fuisse immutatum. Postea subjun-  
git: Mornæus in mysterio Iniquitatis exaggeratrem omnem,  
sed illi respondet bene Coeffet au Religiosis ex ordine  
fratrum Prædicantium, in volumine spisso, hoc titu-  
lo in fronte illustri: Responce au livré intitulé, Le  
Mystere

Tom. I. lib. 20.  
des lettres  
p. 829. Et c.

p. 831.

p. 833.

Mystere d' iniquité du Seigneur de Plessis, & post eum  
Petrus Cottonus jesuita in Institutione Catholica. Sed  
ut notavimus supra, ista tela fortiter repulit laudatus  
Rivetus. Quare frustra simus, si eandem hic cratinben  
répétabamus. Ad ultimum toti discursui hanc coro  
niam imponit : Toutes ces particularitez accueillies  
ensemble me semblent assez suffisantes pour faire croire,  
quil y a beaucoup de la fable en cette Jeanne Papessé,  
b. e. omnes hæc circumstantiae, in unum collectæ, mibi vali  
da videtur ad persuadendum nobis, in hac Jobanna Papis  
sa multa esse fabulosa. Sed cur fuisset historia cusa, queris  
ibidem ? & respondet non in odium sanctæ sedis, qua  
cum in tuto erat & illustri satis statu, sed ut tacite ad  
monerentur Pontifices, in armis non esse potendam spem  
omnem. Leonem quippe X. multa gessisse manu,  
eidemq; viro forti ac Capitaneo successisse fæminam imbel  
lem. Tandem ita concludit : Si l' histoire est verita  
ble, ce fut un coup de Dieu, si fabuleuse, un jeu d' hom  
mes, l' un & l' autre tendant à mesme fin, non de  
scandale, ains edification, telle que je vous ay cy dessus  
touchee b. e. Si vera historia est, divinum & fatalequid  
in isto facto occurrit, fin fabulosa, ludibrium hominum  
fuit. Utrumq; tendit ad unum finem, non scandalosum  
illum, sed edificatorium, ad istud instar, quod suprà tibi  
expresi. Hæc ille. Quæ omnia coacta & Gallicâ nive  
frigidiora esse, nemo non videt, qui cerebrum non in  
calcaneo gestat. Nos hic receptui canimus,  
debitis gratiis Divino numini pro auxilio  
sùbmissè ac reverenter

actis,

IIgoorQw

C5



Ιερος Φωνησις Praesidis ad politissimum  
Duum Respondentem.

Allusio ad no-  
men German.

Stern.

Rabbini in ge-  
nere vocant

sapientes

סָבוּרָה  
הַעֲלָה

Lumina  
mundi,

**N**ON tantum stellis cœlorum curia gaudet,  
Interris etiam sidera pulchra micant.  
Sidera sunt, quotquot virtutum luce coruscant,  
Et procul à nobis spectra manere jubent,  
Quæ nunc Barbaries fœdis obrepere pennis  
Sueta, palam doctis est minitata viris.  
Huc refero Stellas, quas Lüneburgica tellus  
Ceu patriæ genios aspicit atq; fovet,  
Quæ velut in dubio jactatis marmore flammæ  
Virtutum radiis innumeris rutilant,  
Et tot divinos in lucem mittere libros  
Invitô Satanâ, Barbarieq; parant.  
Quæis ubi se natus conjunxit moribus, ipsi  
Exultans pietas dicere visa fuit;  
Tu per virtutes alacer grassare paternas,  
Et nunc infamæ lucida templa veni,  
Tandem ubi compositæ mentis documenta dediti,  
In cœlum veluti stella corusca redi!

**L**una velut Solis mediis accensa coruscis,  
Ostendit toti lumina clara solo:  
Ardens virtutum flammis Telluris alumnus,  
Sic clarum & magnam præbet in orbe faciem.  
Reclî binc virtutum studiis incumbis amice,  
Pergito, sic astrum nomine & omni eris.

Quod vovet Contubernali  
suo percharto

JACOB Vnruh LL.Sc.

F I N I S.



*caps. 11*  
Polit - 269 ~~XXX~~



OS A 1747

ULB Halle  
003 786 013

3



VDN

alt



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-616146-p0028-2

DFG



A M  
im Po-

i gratiâ  
ate,

SCHNEIDERI,  
ESSORIS

tenbergensi  
enabitur

, G E E X N /

arii

i.

E,

FINCELII,

IX.

mette